



Impetravi tibi, Nobilissime Domine, sine magno molimine, Reu.  
ac doctissimi viri, D. Jacobi Revij, poemata Belgica, quae hactenus  
non videras. misit ea tibi dono auctor ipse, atq, una litteras stabilien-  
dae novae amicitiae praecursoras. miraberis resignatas tradi, cum ob signata  
ad me pervenerint. Dicam quod res est, nec mentiar. quod si iniurati  
mibi credere nolis, vel Iovem lapidem, quod sanctissimum apud Rom.  
insurandum est habitum, iurare ego paratus sum. Prae imprudentia &  
sine dolo id a me factum. Cum n. huius mox a prandio, & somnolento  
michi, mensaeq, etiamnum accumbenti, ancilla fasciculum additasq,  
litteras adferret, ad me tantum pertinere ratus, cultro, qui ad manus  
erat, alienas ingulavi. ut vero oculis abstersis, somnoq, solutus,  
tibi inscriptas esse cognovi, permittit me erreris mihi. Cegi statim  
cogitare quopado <sup>tam</sup> subitaneo vulnere mederi possem, & praeter Lacum  
occurrebat nihil. Nova hic iterum sese offert difficultas. ea enim con-  
tinui solutionis videtur esse magnitudo, ut non nisi magno ac do-  
formi emplastro superimposito sanari possit. Ne itaq, ullius fraudis,  
aut temeratae fidei tam oculato viro, & litterarum ob signanderum  
intelligentissimo, iniquam suspicionem, reclusas mittere malui, &  
quod ingenium est hominis, culpam aperti fatiri; si tamen culpa  
vocanda est, quae mira fuit meridianis hallucinatio. Habes  
confitentem reum, quiq, excusari postulat a crimine leviore, non  
mereris, ut verus vocaberis, abolla. novi candorem, novi humani-  
tatem, & quo loco apud te sit vestigiis mihi fides. quae scripsi huc-  
usq, in mea defensionem innocetia, praesentium later, Dominus  
Herbertinus, collega meus ex philosophorum ordine, & praestantissimi  
Revij in Regentis munere a biduo succenturiatus, ore suo confir-  
mabit. Estimo inveniem ingenij, eruditionis & probitatis erga  
opera est pretium ut etiam tibi innotescat, qui praecelara ingenia  
omni semper humanitate amplecti solus. Poterit is tuis rugeradiis  
in philosophiae studio aliquando prodesse. Si ita lubet, & okium tibi  
est a curis



a curis gravioribus, fac periculum quid possit & sciat. Vale &  
salve a me magne & colendissime amice. Salutem te meum  
officiosissimi Acad. Rector M. amplissimus Gohus, & qui in  
à secretis iteris Hwinsius, quem iam dudum edisse cepisti.  
Toti haec hora sunt in recondendis membris Academiis, & numeran-  
da, quae inde colligitur ac dividenda inter se pecunia. Haec prima  
molestia Rectoratus esse solet, nec adeo ingrata, quibus utrum  
non succedat saepe magna ac molestissima. quod uti me fiet,  
aut quam rarissima, mora quoque, refert, qui Assessorum huius  
anni iam ago, stipendio quatuor librarum Flandriarum pro  
huius dignitatis laboribus ad proximum Februarii edivum  
fuiturus. Pone oblitus eram, quod tamen palmarium est, brevi  
te donandum a nobiliss. Hwinsio Grammatica nobilissima  
Angeli Carini. quo nomine etiam aliquid mihi debes, qui tuum  
desiderium viro ad mirum significari. Itaque pone iam iram,  
& ignosce innocentissimo cultoris tui errori. Idcirco vale.  
Raphim Lugd. Bat. A.º 1622.º XI Febr.

Tuae nobilitati singulari observantia  
& affertu addictissimus,

Adolfus Vorstius.

mons<sup>r</sup>. te vous recommande de tout mon cœur mons<sup>r</sup>. wackerlaer, un petit  
galant meine reformé, le quel vous est déjà connu. J'admire son esprit, & m'en  
promets beaucoup de lui pour l'avenir. La faveur de Son Altesse le pourra  
faire venir son désir, & ses biens paternels. vous lui pouvez ouvrir le chemin  
aux bonnes grâces de ce Grand Prince. mons<sup>r</sup>. vander Nijl & mons<sup>r</sup>. Cals en  
font la même à mon instance que ce leur fils samedi passé est venu avec  
banquet du Rector de notre Academie. Je vous baise les mains & demeure

mons<sup>r</sup>.

Vostre très humble & très affectionné  
serviteur  
A. V.







